secundum philosophum tertio ethicorum. talis vult et per consequens diligit illam profectionem. et tamen illa non est sibi conueniens. imo multum disconueniens secundum suam inclinationem. nec in illa delectatur imo multum tristatur. Quia delectatio secundum eius descriptionem solum est respectu presentis conuenientis secundum habitum vel naturam. id est secundum habituale vel naturale inclinationem. Secundum vero patet de illo qui est virtuosus et non est virgo. et tamen virginitatem diligit in alio quam sibi reputat impossibile. ideo respectu illius non habet desiderium vel delectationem. quare et c. Ex predictis autem sequitur aliqua. Et primo quod sequitur quod non ois complacencia vel displicencia est delectatio vel tristitia. quia ois volitio vel nolitio est complacencia vel displicencia. et non ois talis est delectatio vel tristitia. Secundo sequitur quod aliqua tristitia et displicencia est voluntaria et voluntarie placita. quia aliqua talis est virtuosa cum virtutis sit delectari et tristari in quibus quod oportet et c. secundum ethicorum. ut tristitia et displicencia de malo proximi placet virtuosos cui displicet proximi malum. Tertio sequitur quod delectatio et tristitia possunt simul esse in eadem voluntaria. quia aliqua tristitia potest esse virtuosa. et per consequens delectabiliter elicita unde tristitia siue displicencia vel penitentia peccati preteriti potest esse delectabilis virtuoso quod tristatur vel dolet circa peccatum preteritum. Quarto sequitur quod aliqua dilectio potest esse delectabilis que non est delectatio. si ut patet de spei desiderio et inde etiam apparet illud dictum Aristotelis. x. ethicorum esse verum operationem perficit delectatio. unde delectatio cuius sit dilectio et operatio potest tamen aliquid dilectionem et operationem perficere. non quidem formaliter. sed aliquo alio modo causaliter. scilicet per modum finis vel per modum obiecti vel agentis

## De his que anime insunt

sicut notat ibidem verba Aristotilis et per predicta possunt in proposito solui multa dubia.

**Quarta pars de actuum productione**

**S**ed cum dictum sit de quidditate actuum voluntatis et eorum distinctioe etiam aliquid dicendum est de ipsorum productione. scilicet an tales actus voluntate fiant subito vel successiue. Circa hoc sunt tres modi dicendi. Primus est quod omnis talis actus tunc fit in tempore. ita quod non sit dare primum instantem in quo hec fit vera voluntas vult. Alius est quod volitio potest esse subito. Tertius est quod actus qui est volitio potest esse subito sed tamen non est dare primum instans in quo illa res sit volitio. vel in quo ipsa voluntas per illum actum vult. Licet autem nullum istorum modorum sit euidenter probabilis vel improbabilis tamen primus modus dicendi videtur magis rationabilis quia nulla operatio creature siue potentie naturalis potest esse subito. sed quilibet est successiua et temporalis. nam subito agere videtur solum esse potentie infinite virtutis. Secundus autem modus etiam est sustinibilis. quod quod delectatio fit et in instanti videtur fuisse opinio aristotilis. Sed tertius modus est minus probabilis. quod postea illo actu in voluntate non apparet ratio quare primo non est volitio et postea est volitio. nisi forte dicatur quod per volitionem aliquid notatur quod postea est et primum non fuit sicut in instanti quod ignis est appropinquatus ad lignum calor ignis non est calefactio. et immediate post erit calefactio. quod immediate post habebit et tunc caliditate in ligno. et hoc importat iste terminus calefactio. scilicet quod aliquid causat calorem in alio subiecto. Sed tale reponere ultra illum actum est omnino superfluum et voluntate eius dictum. et etiam si poneretur magis. concedendum esset quod illa res esset voli-

tio. hoc esset concedendum de illo actu primo posito. Et hec de hac materia sufficiant in proposito.

**Capitulum. xiiii.**

**Prima pars de anime passionibus**

**P**ostquam de actibus anime dictum est consequenter quod passionibus anime videntur quidam actus esse de passionibus anime dicendum est. Unde sciendum quod passio potest capi tripliciter. Uno modo communiter et sic omnis operatio anime potest dici passio. sicut tertio de anima dicitur quod intelligere est passio. Alio modo specialiter et sic sola operatio appetitiva dicitur passio. Sed adhuc tertio modo magis specialiter et proprie operatio appetitus se fit cum quadam transmutatione corporali. et sic diffinit eustracius passio est motus appetitive potestie sensibilis in fantasia boni vel mali. In qua de descriptione capitur motus pro actuali inclinatione ad bonum prosequendum vel malum fugiendum extendendo etiam inclinationem non solum ad tendentiam ad bonum habendum vel malum vitandum sed etiam ad fixitatem. et adherentiam in bonum adeptum. Dicitur autem appetitive potestie sensibilis vel sensibilis ad differentiam operationem voluntatis que non dicuntur passionibus proprie quod non fiunt per transmutationem organum corporalis ad quas tamen si velit non passionibus extendere ad hoc quod illa de descriptione euentat operatio illa clausula potentie sensibilis est eadem uere. Dicitur etiam in fantasia boni vel mali ad explicandum obiectum passionibus vel etiam ad determinandum aliam inclinationem. quales sunt operatio appetitua naturaliter in parte ad se proprie operationem sine fantasia tunc est apprehensio. seu cognitio. ne precia sine qua non est illa incli-



natio que dicitur passio. Tales igitur operationes appetitus sensitivi que proprie dicuntur passionibus et de quibus est speculatio philosophi capitulo liqñ qñ dñr passionibus cordis. quādoq; passionibus mentis. quāq; passionibus animi. Dñr etiā passiones cordis tā subiecti primo et principaliter patitur. quia in eis cor principaliter patitur ut post videbitur. Dñr autē passiones mentis tāq; cause interiorē primo et principaliter efficientis. quā mens principaliter mediante cognitione vel estimatione qua iudicat aliquid utile vel nocuum est in passione in corde. propter quā cetera membra corporis inmutantur. Dicuntur etiā passiones aliqua animus utraque vim apprehendit cognitivā scilicet interiorē et affectivā seu motivā quare quilibet ad passionē concurrat proprie dicitur.

**Secunda pars de passionibus in speciali.**

His itaq; generaliter premittis. tria specialiter consideranda sunt circa passionibus sensitivae virtutis. Primum est de numero et distinctione passionum. Secundum de causis ipsarum. Tertium de effectibus earum. Quantum autem ad numerum sciendum est quod prime passionibus cordis ad quas alie reducuntur due sunt scilicet amor et odium vel secundum aliquos delectatio et dolor. Alie enim vel ad delectationes pertinet ut gaudium. audacia et spes vel ad dolorem ut tristitia timor et desperatio. Delectatio autem ut hic sumitur nomen esse est. tam ad eam que fit ex apprehensione boni facta per sensus exterioribus etiam per vires interioribus. Dolor vero nomen commune tam ad illum qui fit ex apprehensione malifactorum exterioribus sensibus quam interioribus viribus. Sed delectatione causata ab interiori apprehensione boni. Illius communis

vocat letitiam seu gaudium. dolor vero tantum ab interiori apprehensione mali nominat tristitia. Quasi autem ad distinctionem dicarum passionum sciendum est quod ipsa attenditur ex duobus. Primum ex ipsis potentibus a quibus sunt. Secundo ex obiectis propriis circa que sunt per respectum ad primum dicuntur differre genere. sed per respectum ad secundum differre specie. Per considerationem ad primum aliquae passionibus dicuntur convenire potentie concupiscibili sicut amor et odium desiderii et fuga. gaudium et tristitia. quae vero irascibili sicut spes et desperatio. audacia et timor. ira et humilitas. Per considerationem vero ad secundum aliquae passionibus sunt respectu apprehensibili boni ut amor et letitia. quaedam vero respectu apprehensibili mali. ut odium et tristitia. Unde secundum praedictam duplicem considerationem quidam inter passionibus assignat distinctionem. Nam omnis passio vel est potentie concupiscibilis vel irascibilis. Si potentie concupiscibilis hoc est tripliciter. Vel generaliter quod ad inclinationes et sic si sit respectu boni est dilectio vel amor. et si respectu mali est odium vel rancor. nichil enim aliud est rancor quam odium inveteratum. Vel quantum ad motum seu prosecutionem. et sic si sit in bonum est desiderium. et si in malum est fuga vel horrores. innominata enim est passio opposita desiderio. et quandoque vocatur timor ut patet in precedenti capitulo. Vel quantum ad consecutionem. et sic si sit in bonum est delectatio gaudium vel letitia. et si in malum est dolor vel tristitia. Si vero potentie irascibilis. vel est respectu boni aggrediendi et sic est spes. vel respectu boni fugiendi et sic est desperatio. vel respectu mali aggrediendi. et sic est audacia.

## De his que aie insunt

vel resp ectu mali fugendi. & sic est timor. Ira autem videt esse qdam passio pposita cui no est alia passio contraria. vel si sit est innominata. **P**rocedite aut diuisionis modificatio et pceditay passionu appropiata distinctio. magis pz ex pcedit i pcedeti. & etia ex dicebis in presenti capitulo. ideo breuius pertranseo.

### **T**ercia pars de causis passionum.

**S**ed quantum ad causas haru passionu sciendu est qd due sunt in gne extrinseca sz et intrinseca. Extrinseca causa est obiectu boni vel mali. Licet est in aliq passione vt in ira vt spe obiectu habeat specialiter rationem ardui. tñ generalit iqlibet obiectum hz ratione boni vel mali vt conuenientis aut disconuenientis siue placetis aut displicetis. **U**n secundum hoc ad variatione obiectoy sequitur variatio passionu. vt pz in melodis ludis tripudiis / & pictur. **I**ntrinsca vero causa est duplex. qz tñ vna hz ratione efficietis. l. imaginatio seu estimatio alicui sub rone boni vel mali. placetis vel displicetis. **Q**uia qd est imaginat sub rone tali. ita qd tale estimet esse quis sit aliter in re tñ animu mouet & corpus imitat. **U**n vis huius motiua imaginatiue seu estimatiue virtutis non solu patet in vigiliis sz etia in somniis in quibus ppropter imaginata & estimata ptingit dormientes opera vigilantu exercere. **A**lia vero causa intrinseca hz rone disponentis dispositio aut ad generatio nem passionu in tribus pncipaliter consistit. l. in mebris seu mebrozay coplexione in spiritibus et sanguine. **I**n mebris siquide seu mebrozay coplexione. qm diuersitas coplexiois in eis. & maxime cordis ielinat ad diuersas passiones metis qz cu membra sint instrumeta aie seu vtutis.

illa cu eis poptius operat ad q ipa ex sui coplexione pntus inclinatur. **I**n spiritibus aut qm spiritus etia est quodammodo vtutis instrumetu sicut et mebray. non tñ pncipale & immediatu. sz mediatu & dispositiuum. qz ppropie instrumentu anime no est nisi organu cui ipsa sicut forma & motoz coniungit immediate. **S**piritus tñ aliqliter dicit instrumentum qz mebrozay seu istrumentoy dispositiuu ideo cu ex diuersitate istrumentoy sequat diuersitas actio num sicut diuersa mebrozay plexio sic et diuersa spirituum dispositio. causa est dispositiua diuersaru passionu. **I**n sanguine vero qm ta mebray q spiritus recipiunt dispositiuam a sanguinis diuersitate tanqz comuni materia ideo sanguinis dispositio causa qda est preparas ad p dicta accideta. **U**bi gra saguis subtilis & clarus in subtilitate. tepetate vero in qlitate cu spiritus generet splendidos atqz teperatos. dispositio ad leticiam maiorē vel minorē secundū maiorē aut minorē ipsius quantitatem. & ita pportionaliter scdm alia vel alia sui dispositione ad alia et alia disponit passionē. qd particulariter de articulare spectat ad scientiam medicine.

### **Q**uarta pars de effectibus passionum.

**Q**uantu autē ad effectus dicitur passionu. cu dictu sit ad generatio nem earu pcedere actū estimatiue tanqz efficientis. ideo prius dicitur est de effectibus passionu huius vtutis circa quos pmo oportet concludere immutandi ordinez. postea immutationis impressionem.

### **D**e actu et effectu estimatiue.

**U**nde circa huius ordinē sciendu est qd estimatio dupliciter immutat membra corpoy. qz quādoz me

diante motu cordis. sicut p[er] i[tem] ve-  
hemeter passionatis quādoq[ue] vero  
immediate s[ed] tali motu. qui salte[m]  
sit manifeste et notabiliter p[re]cepti-  
bilis. Unde h[ic] omnis estimatio euz  
sit placentis aut displicentis aliq[ui]-  
ter sit motiva cordis. quia tamen  
talis motus quandoq[ue] a consueto  
sensibiliter non discernit imutatio  
sequens illam estimationē s[ed] motu  
cordis cōiter fieri dicitur. sicut p[er] i[tem]  
in eis qui ad mingēdum aut vomē-  
dum provocant cum talia fieri cō-  
spiciūt aut imaginant. Sile h[ic] in  
aliis actibus reperitur. vt in o[scu]-  
tatione et spandibatione et h[uius]m[od]i. i  
illis qui ad talia disponuntur. Hec  
autem im[pre]ssio estimationis non  
solū manifestatur in corpore esti-  
mantis. h[ic] q[ui]q[ue] in deciso ab eoz p[ri]-  
ppagationis. nā sit generatiōis  
seu carnalis commixtionis mēs ge-  
nerantis attente imaginetur circa  
sebas figuras erit in g[er]nato ad hoc  
disposito seba figuratur. vt in o[scu]-  
tatione si contrario. Cuius potest assi-  
gnari ratio. quia spiritus est recepti-  
uus et elatius formatum siue spe-  
ciem. que licet in ipso non sint se-  
sibiles. in corpore b[er]tū et membris  
dispositis faciunt sensibiles imp[re]-  
ssiones. sicut aer nō visibiliter reci-  
pit species. quas per speculum visui  
representat. In spiritu ergo velut  
in aere species ab estimatiua proce-  
dens multiplicatur qui eū tali sp[eci]-  
eiformatus semini aut membro  
copulet vtrob[us]q[ue] s[ed]m exigentiam  
sue iformationis vtutē operatē  
inclinat scilicet. formatiuam in se-  
mine et regitiuam in membris.

**Quinta pars de duplici  
effectu passionum.**

**Sed circa h[uius]m[od]i imutationis im-  
pressionem sciendum est q[uod] duo sūt  
effectus in genere causati ab estima-  
tione. et generaliter causabiles ab**

omni animi passione. scz mēb[er]ozuz  
alteratio et operationū imutatio.  
Mēb[er]a em ab eis alterant s[ed]m q[ui]-  
litate: et nō solū s[ed]m q[ui]tates p[ri]-  
mas. sed q[ui]q[ue] s[ed]m q[ui]tates sc[on]das. si  
cut q[ui]q[ue] ab estimatiōe vel passione  
mēb[er]a aliqua calefiūt. aliq[ui] infri-  
gantur. aliqua colorant aliquadif-  
colorant. membra etiā imutant se-  
cundū operationē. Et hoc maxime  
p[er] i[tem] motu cordis s[ed]m cui[us] mutatio-  
nis erigētā s[ed]m imutatio totū cor-  
poris. vbi g[ra]t. Res p[er] estimationē  
apphēla alit[er] et alit[er] diuersimode mo-  
uet eoz localiter. scilicet illa q[ui] sub rōe cō-  
ferent[er] apphēdit dilatādo. q[ui] vero  
sub rōe oppositi[er] et frigidō. nō aut  
fit in corde h[uius]m[od]i motu vt opatio-  
nū variatio a cursu solito. nisi p[er] al-  
terationē d[omi]ni factā in ipso. Illis er-  
go q[ui]tatiibus d[omi]ni alterat p[er] q[ui] ad p[er]-  
dictos mōt[us] locales maxie disponit  
Hec sunt autē caliditas et frigiditas.  
P[er] illa p[ri]ncipiū est dilatatiōis.  
ista vō cōstritiōis. Oportet ergo si  
dilatatio vel cōstritiō a solito cur-  
su mutetur vt eoz p[ri]ncipiū calefiat aut  
infrigidet. ad quas qualitates cōse-  
quenter humiditas vel siccitas cōse-  
comitatur. Proportionaliter autē  
erit in aliis membris quia sequun-  
tur imutationem in cordis.

**Sexta pars de speciali ef-  
fectu cuiuslibet passionis.**

**Sed cum p[re]missa de effectibus  
estimationis et passionū cordis di-  
cta sūt generaliter. aliqua de eis di-  
cenda sunt eis specialiter.**

**De gaudio et leticia.**

**Sciendum est igitur q[uod] i gaudio  
p[er]o siue leticia q[ui] apphēla habet  
rōem p[re]ferentis et delectabilis. deo  
cor q[ui] est p[ri]mū mobile eoz p[er]oz et  
q[ui]libet aliud membrū p[ro]portiona-  
liter mouet s[ed]m formā. oc u[er]edi  
et appropinquandi rei que estimat  
scilicet dilatatione vel extentione.**

D. i.

quapropter natura intenta prepara-  
re membra et maxime organa sensus  
et motus ad dilatationem et exten-  
sionem influit eis a corda natura-  
lem calorem. et spiritus quibus di-  
latentur et extendantur. Est autem  
iste motus non subit? aut ipetuo-  
sus sed suavis et paulatinus. et ideo  
in omni gaudio cordis effectus est cor  
paulatim dilatari et infrigidare. et  
per consequens interiora frigesce-  
re. et exteriora calefcere temperato si-  
ue naturali calore.

## De tristitia

In tristitia vero que opponitur  
gaudio cor et corpus immutantur  
opposito modo hoc excepto quod ipsa  
non calefacit interiora. cuius hec est  
causa. nam obiectum eius est malum pre-  
sens siue coniunctum quod concipitur si-  
ne aliqua spe vitandi. siue fugien-  
do. ut in timore. siue repellendo. ut  
in irascitue repugnando. ut in auda-  
cia. id simpliciter odium illius causat in  
animo. propter quod homini conceptus  
paulatim et absque ipetui cor constricti-  
git. Et sic phibet in eo sufficientem  
spiritum generationem. et etiam in mem-  
bris diffusionem. idcirco non solum exte-  
riora. sed etiam interiora infrigidantur  
maxime cum cetera membra cordis  
constrictionem imitentur.

## De ira et audacia

In ira autem obiectum concipi-  
tur cum spe repellendi. et propter hoc  
ira comitat appetitus videlicet. pro-  
pter cuius appetitus vehementer co-  
lezicis sanguis movetur ad cor. ut ip-  
sum inflamet ad audaciam inuadendi.  
Quapropter ira etiam audacia cor  
de super calefacto cor ipsum dilatari  
frequenter solito ac totum corpus ma-  
xime circa exteriora cum ipetu calefcere  
cum spiritus ex appetitu inuaden-  
di ad illas partes subito moveantur.

## De timore.

In timore vero obiectum habet  
rationem periculi siue terribilis et  
maxime vite periculum inferentis  
quia omne terribile dicitur per mor-  
tis respectum que est ultimum ter-  
ribilium. Concipitur autem homini ob-  
iectum non ut coniunctum. sed ut adhuc  
separatum. id appetitum excitat fugie-  
di propter que appetitum fortiter et subi-  
tu que parit spes euadendi sanguis  
et spiritus a corde fugiunt. et ipsum fortiter  
constringitur atque subito. cuius si-  
gnum est quod in timentibus cor tre-  
mit et vox hanelitus imminuitur. Na-  
licet calor et spiritus ab exterioribus ad  
interiora retrahantur. non in ver-  
sus cor. immo a corde ad interiora  
scilicet versus intestina mouentur.  
Tunc est quod obiectum malum concipit  
non cum diffidentia resistendi. sed  
cum spe fugiendi. et per fugam euadendi.  
id calor et spiritus fugiunt et se dif-  
fundunt in membris que motu prestissimo  
aut dilatationis non possunt se dif-  
ponere ad obuiandum terribili qua-  
lia sunt intestina. Propter quod di-  
cit Aristoteles in problematibus quod  
in timentibus venter soluitur dis-  
solutione humorum facta circa in-  
testina. propter coartationem calo-  
rum et spirituum in eisdem locis.

## De angustia et verecundia.

In angustia autem et verecundia  
mouetur spiritus et humores ad op-  
positas partes: scilicet nunc ad inte-  
riora nunc vero ad exteriora. In an-  
gustia quidem quod per timorem tristitia per  
ira laborat animus. id cor laborat  
oppositis motibus. In verecundia  
vero seu erubescencia propter timo-  
rem prius mouetur spiritus et lan-  
guis ad intra. quia tunc in eis timor  
non est de malo repugnanti nature  
sed de malo appetitui animali seu  
voluntati repugnante. In utraque  
est timor malum quod turpis opinio  
sed in erubescencia in ipso actu puniti

in veterundia aut ex iam preterito ideo in eis statim spes resistendi cōcipitur. et quidā cōceptus ire ad oppositum mouēti cōfessim sequitur. propter qd calor et spiritus ad exteriora reuertitur. An ex hoc patet rō propter quā timētes omnino pallefcunt. et verecundi rubefcunt. Nam qz in timoze malū cōcipitur vt repugnans nature cum diffidentia resistendi omnino languis et spiritus ad interiora retrahunt. Sed quia in veterundia concipit vt repugnans tñi voluntati nō nature. natura ministrat cōfidētiā resistēdi. et sic mouet instrumēta sua versus ptes illas q̄ timoze decoloratur patentius. scz ad genas et ptes vultus. Ex predictis igitur patet qualiter in diuersis passionibus et motibus qz in gaudio paulatim dilata tur. et maxime versus anteriora siue versus pectus. In tristitia vero paulatim eōtra. scilicet ad interiora et versus deorsum. In ira vero subito versus pectus. In timoze subito ad oppositū. In verecūdia subito ad vtrūqz. In angustia vero paulatim. Secūdo patet qualiter in diuersis passionibus mouetur proportionaliter sanguis et spiritus. siue talis motus sit per modum pulsus. vel tactus aut vtroqz modo. siue sponte moueantur obediētes anime iperio. De hoc enim non est nunc tractanda questio. Alterius etiam patet qd ad predictos effectus multi alii consequuntur per quos corpus ad sanitatem vel egritudinem varie immutatatur. Sed horū consideratio et particularis de articulatō medicis relinquatur.

Capitulum decimum quintum

Prima pars de habitibus generatione.

Quod tractatum est de anime potentis. et earum actibus et passionibus. finaliter tractandum est de earum habitibus. et primo de habituum generatione corruptiōe et inclinatione generaliter: postea de eis et eorum distinctione specialiter. Sciendum est igitur qd in proposito non loquimur de habitibus supernaturaliter insulis. sed de naturaliter acquisitis. Tales autem habitus sicut docet experientia generantur ex actibus et ex oppositis actibus oppositi habitus sicut eniz dicit Aristoteles secundo ethicoz qd edificantes edificatores sunt et excharizantes excharisse. sic autem et iusta operantes iusti temperata temperati. fortia autem fortes. Scz cuiusmodi notum sit tam in actibus q̄ in virtutibus habitus generari ex actibus. hoc non est sic intelligendū qd illa preposito ex dicat habitudines cause materialis. quia semper materia manet in facto esse. actus autem et operationes transeunt habitu remanente. nec etiam habitudinem cause principaliter efficientis. sed solum habitudine cause disponentis scz motus vel actionis per quod habitus acquiritur. et a potentia anime tanq̄ a principali efficiente produciuntur. Unde sicut alteratio nō est materia nec agēs principale respectu forme substantialis. scz est operatio vel motus quo agēs ipsam producit sic videt esse de actibus respectu habitus. Scz cū etiā tactum sit habitum vnū generari ex pluribus actibus. hoc non est sic intelligendū qd ex vnico actu non possit generari habitus. nam scientia q̄ est habitus intellectualis potest gnari ex vnicā opatiōe. puta ex sola demonstratiōe. At autē hūc seu hūc moralē nō posset perfecte et complete generari ex vnica operatione quācumqz.

D.ii.

forti. hoc enim videtur impossibile vel saltem valde difficile. cum talis virtus secundum aristotilem generatur per assuetudinem. que requirit operationem plurimalitatem. Cum cum talis habitus secundum calorem et probabilior opinionem sit forma itensibilis et remissibilis licet talis forma vulgariter loquendo non nisi sub gradu multum inter se sortiat nomen virtutis. Non cedendum est nichilominus quod ex quolibet actu generatur illius forme secundum virtutis aliquis gradus. quia cum aliquis generetur ex aliquo et illi actus sint eiusdem rationis. non est ratione quare aliquid generetur ex uno plus quam ex alio. et per istud ex quolibet generatur aliquid quod est eiusdem rationis cum illo quod generatur ex alio. et sic ex quolibet actu generatur quodam imperfecta virtus seu habitus remissus. et ex pluribus plures gradus. ex quibus resultat inter se habitus qui per plurium graduum eiusdem rationis aggregatio vocatur virtus. Cum enim gradus remissus primo generatus. non possit poni sub aliquo predicamento vel specie predicamenti nisi sub prima specie qualitatis. sequitur quod sit habitus vel dispositio. quod si quis dicat quod non sit habitus sed dispositio nichil refert in proposito. quoniam in prima specie qualitatis habitus et dispositio non videntur differre specie sed solum accidentaliter. puta secundum facile et difficile mobile. Verbigratia. Eiusdem speciei et scientia quam quis habet de vna conclusione per primam demonstrationem. et illa quam alter habet de eadem per multiplicatam considerationem super illam demonstrationem. et tamen ille scientie videntur differre. sicut habitus et dispositio. quod vna facilitate obliuiscitur aliter non quare consimilitudinem esse videtur in proposito.

Secunda pars de corruptione habituum

De corruptione autem habituum sciendum est quod sicut ipsi per actum generantur. sic per actus contrarios vel habitus etiam corrumpuntur. quibus tamen corrumpuntur vel desinunt esse ab aliquo contrario corrumpente. Verbigratia. Si quis ex prima demonstratione habeat scientiam de aliqua conclusione. licet talis habitus actum intelligendi cessante aliquo die natus sit manere tamen per tempus longitudinem debilitatur et tandem deperdit. si illa demonstratio vel actus considerationis circa eam non frequentetur. De aliis quoque habitibus par iudicium esse videtur. Hoc autem apparet difficile. quia sicut nichil generatur sine generante. sic nichil videtur posse corrumpi sine corrumpente. maxime cum omnis diligatur naturaliter se permanere. Et quod omne quod mouetur. mouetur ab aliquo. sic omne quod corrumpitur. corrumpitur ab aliquo. cum corruptio sit quedam mutatio. hic autem non apparet a quo fiat ista corruptio. Similis etiam difficultas est de corruptione specierum sensibilium in medio vel organo. De hac autem difficultate probabiliter dici potest quod quoniam aliqua entia preter deum sint permanentis nature. et naturaliter diligant se permanere. tamen non possunt permanere sine conseruante. Licet autem deus seipso solo possit conseruare. tamen naturali modo multa indigent alio conseruante quo remoto ipsa continue fluunt in non esse sine alio corrumpente. et aliqua citius et alia tardius ex sue nature additione. Sicut lumen generatur a luminoso. quo remoto lumen corrumpitur vel secundum aliquos subito. vel secundum alios successiue licet sine notabili duracione et sic est mutatio seu corruptio. et non est mutatio aut corruptio nisi solum per accensum seu remouens et letuas. sicut dicit aristoteles

in quatto phisicor q in motu gra-  
uis deozum prius detenti sursum  
est aliquod mouens per accidens. s.  
remouens. prohibens. Sic igit in  
ppositio quia habitus generatur  
ex actib<sup>9</sup> et ex eis intendunt<sup>r</sup> et cōser-  
uantur. ideo remotis et cessantib<sup>9</sup>  
illis 2 tinue corāpūnt aliq<sup>9</sup> citius et  
aliq<sup>9</sup> tardius sed qd nature pmanē-  
tiores. sicut dicit Aristoteles secūdo  
ethicorum q habitus mozales sunt  
permanetiores disciplinis.

**T**ercia pars de habituuz  
inclinacione.

**D**e inclinacione vero habitu um  
sciendū q ideo ponitur habit<sup>9</sup> esse  
in potentia actiua. quia experimur  
q cessantib<sup>9</sup> actibus ipa potētia est  
ad actus consimiles pzonior et ma-  
gis inclinata. q nō esset nisi ex prio-  
ribus actibus aliquid relinqueret  
in ea inclinans ad sequentes actus.  
hoc autem vocatur habitus. Ideo  
patet q habitus inclinat potētiam  
ad actum. et cum ipsa concurrat ad  
produendum ipsam consimilez et  
eiusdē speciei in genere nature cū  
actu pzozi habitum generāte. Sz  
circa hoc est magna difficultas cum  
talis habitus qdiu manet semp sit  
pzelens potētie. imo subiectiue in  
ea. quare magis vna vice inclināt  
producit actum q alia qz cū appo-  
rimatio nec alia circumstantia defi-  
ciat que videatur ad actū reqri ap-  
paret q stante habitu continue de-  
beret actus produci. cui<sup>9</sup> oppositi  
experimur. Consimilis quoqz diffi-  
cultas esse videtur de specie intelli-  
gibili si ipsa in intellectu ponat. Ad  
quod responderi potest q talis pre-  
sentia seu appozimatio habit<sup>9</sup> ad  
potentiā nō sufficit ad hoc q ipa p  
hūdi habitum continue producat  
actū. Nā lz talis habit<sup>9</sup> sit agēs na-  
turale et naturaliter moueat. tñ in  
potestate ipsius potentie est vt p hu-

iusmodi habitū agat ppē qd sedo et  
tertio d aia freqnt dicit phas. q ha-  
bitib<sup>9</sup> vtimur cuz volum<sup>9</sup>. et p zis  
in potestate nra ē talib<sup>9</sup> nō sp vti. sz  
nūc vti isto et nō alio sicut placet vo-  
luntati. Nū patet q licet intellectus  
in intelligēdo et habit<sup>9</sup> intellectuā-  
lis et cōproducedo sit agēs natura-  
le. tamen vtrunqz dependet a vo-  
luntate quoad pductionē actus et  
continuationē. vel saltē quoad  
continuationem. quod dico propē  
repentinas vel primas intellectuā-  
nes que non sunt in nostra potesta-  
te quo ad primam earum producti-  
onem. sed bene quo ad cōtinuatio-  
nem. quia libere possum<sup>9</sup> ab illis de-  
sistere. licet aliqui cum difficultate.  
Ex quo vterius patet q licet nra  
cognitionem sepe precedat volitio  
libera tanq<sup>9</sup> parcialis causa non tñ  
semper. quia aliqua est repente vel  
violenter causata. Aliqua est etiam  
libere habita quam non pcedit vo-  
litio elicitā. quod aliqui ex hoc pro-  
bāt. quia est dabilis aliqua noticia  
libere habita que non est cognita. et  
per consequens non prius volita. si-  
cut etiam aliqua est volitio libera  
que non est volita. aliter non pos-  
set haberi aliqua volitio noua et sic  
est libere habita. et tamen respectu  
eius non pcedit volitio elicitā. qz  
re et. Unde dicunt isti q sicut volū-  
tas ceteris potentiis et habitib<sup>9</sup> vti-  
tur. sic et possibile est vt ipsa quo-  
dammodo seipsa vtatur. quia potē-  
tis vel habitibus nō est aliud q fa-  
cere illa opari seu illa applicare ad  
ppozios actus tunc enim volūtas  
vtitur intellectu vel habitu quan-  
do sponte et volūtarie intelligit se-  
cundum habitum. tunc autem vti-  
tur seipsa cum i se elicit ppziū actū  
Et isti vltus possunt se separari se-  
cundūz istos quia homo pōt aliqñ  
libere vti intellectu vel habitu aus-

D. ill.

etiam actu. esto q̄ nō tūc vtatur vo-  
luntate proprio vsu scilicet elicien-  
do volitionem et per consequens ha-  
bere aliquam intellectiōē libere.  
esto q̄ respectu illius nō habeat vo-  
litionē elicitam. Hoc tamen pos-  
set faciliter calūpnari. dicendo q̄  
habere aliquā intellectiōē seu a-  
liam operatiōē libere. nichil aliud  
est q̄ habere operatiōē intrinsece  
liberam qualis est volitio. vel ha-  
bere operatiōē tali libera volitio-  
ne elicita qualiter non est in casu il-  
lo. quare. 76. Sed q̄cquid sit de hoc  
ex p̄dictis patet illud quod ad pro-  
positū sufficit. scz q̄ licet in potētia  
sint plures habitus eque presentes  
et potentes concausare actū suū  
tamen volūtas potest libere nō vti  
istis. p̄ter se non volendo vti eo. et  
nichilominus vti alio. Etia secun-  
dū aliquos abiq̄ hoc q̄ p̄ri<sup>9</sup> velit de-  
terminare vti illo. de speciebus eti-  
am intellectualibus consimiliter ē  
omnino dicendū Licet aq̄t vt dictū  
est habitibus vtamur cū volumus  
tamē eis vti non volumus. nisi cū  
de eorū vsu vel obiecto aliquo mo-  
do actualiter cogitamus. Habens  
autē habitum 7 non cogitās actua-  
liter de vsu illius v̄ obiecto potest  
moueri ad cogitandū de illo non so-  
lum a voluntate sed aliunde multi-  
pliciter scz vel a motore extrinseco vt  
ab influentia celi. vel a motore in-  
trinseco vt a dispositione corpora-  
li. vel alia causa latente. sepe tamē  
fit a voluntate intellectū retrahen-  
te ab aliis. vt retrahēte ad illud nō  
tamen semper. Unde fit vt frequē-  
ter habituatus incipiat cogitare de  
aliquo. 7 nesciat vnde mouetur ad  
cogitandū illud magis q̄ vnum ali-  
ud. Et hec de habitibus ḡnāliter  
dicta sint.

**Quarta pars de habiti-  
bus sensitiue potencie**

**S**ed de huiusmodi habitibus ali-  
qua specialiter dicēda sunt. Unde  
qz ex actibus cognoscit habitus. nō  
ex diuersitate actuum cōcludit di-  
uersitas habitū: Cū igitur supra  
dictū sit q̄cūda actus sentiēdi. alios a-  
ctus intelligendi. 7 alios actus vo-  
lendi esse in aia. dicendū est de habi-  
tibus qui sunt p̄portionaliter  
ponēdi i ea. et p̄us de hitibus q̄ sūt i  
potentia sensitiua. secundo de habi-  
tibus intellectibilibus q̄ sunt in po-  
tentia intellectiua. postea de habiti-  
bus moralibus qui maxime sūt in  
potētia volitiua. Sciēdū est igit̄  
q̄ in potentia sensitiua tā cognosci-  
tiua q̄ appetitiua ponēdi sūt habi-  
tus. imo etiam secundū aliquos in  
potentia exteri<sup>9</sup> motiua p̄ quos ip-  
sa membra ad suas operatiōes red-  
dantur agibilia sicut ex frequenter  
currere pedes abilitant ad currēdū  
et ex frequenter loqui lingua ad lo-  
quendū. et ex frequenter cātare gut-  
tur ad cantandū. Nec est dicēdū mi-  
randū si potētiue motiue mēbro-  
rū per assuefactionē acquirat sibi  
habitū. cū ita fiat in potentia vege-  
tatiua. qz secundūm cōmentatozem  
in p̄cipio tertiū phisicorū. quid ita  
assueti sunt comedere venenū q̄ e-  
rat eis cibus et nutrimentū. Sed q̄  
quid sit de hoc quia forte ad saluā-  
dū p̄dicta non est necesse ponere ali-  
quē habitū in potētia motiua mē-  
brozū vel in potētia vegetatiua. tñ  
satis videtur clarū q̄ ponēdi sūt  
habitūs in potentia sensitiua. quibus  
sit dubium. vtrum ponēdi sint in  
ea habitūs seu virtutes morales.  
De hoc enim sunt inter doctos con-  
trarie opinionēs. quibusdā dicenti-  
bus virtutes morales esse in appe-  
titu sensitiuo subiectiue et nō i vo-  
luntate aliis oppositū asserentibus  
Super qua diffinitate probabilit̄  
dici potest virtutes morales esse in



utroque licet magis principales sint in voluntate. Quod sic patet. quia tam appetitus sensitivus quam voluntas quandoque inclinatur contra iudicium rationis. et ideo ut uterque contra talem inclinationem prompte delectabiliter obediat rationi. in utroque requiritur habitus talis aut esse videtur moralis virtus. quamvis ille qui est in voluntate tanquam in potentia perfectior sit perfectior virtus. Ad cuius ampliorum declarationem sciendum est quod operationes virtutum moralium possunt assignari quadruplices. Primum quidem immanentes voluntati. alie immanentes sensitivo appetitui alie existentes membris nostris corporalibus quibus organice utimur ad exercendas exteriores operationes. et alie exteriores transeuntes. Verbi gratia. In opere liberalitatis postquam ratio vel prudentia iudicavit hoc esse istudandum voluntas primo eligit hoc facere ideo imperat potentis inferioribus hoc facere. secundo appetitus sensitivus consentiens imperio voluntatis appetit illud idem facere et movet corporalia membra ad hoc faciendum. tertio huiusmodi membra motum illum ab appetitu recipiunt. quarto vero quandoque in tali executione a membris motis operationes nostre in res exteriores transeunt. Et primis ergo operationibus in voluntate generatur habitus virtuosus quia ex bonitate talium operationum homo debet moraliter bonus. Et quia a bonitate huiusmodi electionum voluntatis alie operationes tam interiores quam exteriores extrinsece recipiunt denominationem moralis bonitatis. ideo habitus ex talibus generatus simpliciter loquendo est moralis virtus. Sed tamen ex secundis operationibus in appetitu sensitivo etiam generatur habitus aliquo

modo et extrinsece potest dici virtus moralis pro quantum est primo habitui conformis. et generatur ex operationibus recte rationi consonis. imo etiam secundum alios ut supra tactum est ex aliis operationibus generatur virtus in potentia vegetativa vel motiva membrorum. sed hoc ponere non est necessarium.

**Quarta pars de habitibus potentie intellective**

De habitibus autem potentie intellective sciendum est quod secundum aristotelem sexto ethicorum quinque sunt habitus intellectuales qui sunt virtutes. scilicet ars. prudentia. scientia. intellectus. et sapientia. Licet autem alii sint habitus intellectuales ut opinio vel suspicio non tamen vocantur virtutes. quia secundum illos contingit falsum dicere vel falso assentire. Predicta vero virtutum intellectualium sic potest sufficientia assignari. Quia omnis virtus intellectualis. aut est circa contingens aut circa necessarium. Si primum. vel est circa contingens factibile et sic est ars. aut circa contingens agibile. et sic est prudentia. Est enim deus a inter agibile et factibile. ut patet nono metaphysice quia actio est operatio manens in operante. factio autem est operatio transiens extra operans et proportionabiliter distinguuntur agibile et factibile. Si secundum. vel est circa necessarium in essendo sicut deus et intelligentie et sic est sapientia. aut circa necessarium in significando. et hoc dupliciter quia vel circa necessarium. quod est conclusio demonstrationis et sic est scientia. vel circa necessarium. quod est principium demonstrationis. et sic est intellectus. Unde hic non sumitur intellectus. pro ipsa potentia intellectiva. sed pro habitu talis potentie circa prima principia indemonstrabilia. Nam licet non sit necessarius

## De his que anime insunt

habitus ad assentiendum eis seu ad dicendum verum circa ea. eo qd intellectus naturaliter eis assentit. nec potest circa eam mentiri vel errare sicut dicit aristoteles secundo 7 qd 2o metaphisice. tamen aliquando ppter sophisticaciones in opposituz occurrentes. possibile est adhesionē debilitari et circa aliq que non sunt summe euidentia quādam formidinatione 7 adhesionē circa ea firmatur assensus 7 adhesio vt nō sterueniat formido. 7 hoc fit p hñū ex tali frequēti adhesionē. et actuali pncipiū qdū noticia derelictū inclinantez et firmantem potentiā intellectiuam ad pñsem actuale noticiā 7 ad assentiendū pñis pncipius 7 si nō simpliter tñ ad magis firmiter adherendū et nō formidādū. 7 talē habituz vocam⁹ hic intellectu. Nō est autē hic p̄mittendū qd p̄dictōzū habituz intellectualiū quidā sunt practici. scz ars p̄dētia et qdā speculatiu. scz sciētia intellectu 7 sapientia. gratia cuius videndum est in quo differat practica et speculatiua noticia. Et licet de hoc sint variū modi dicendi. tamē breuiter potest dici qd a p̄xi dicitur aliq noticia practica. Praxis enim grece idem est quod actus vel operatio latine: nō tamen a q̄libet operatione denominatur noticia practica. sed ab illa que est i hominis seu operantis potestate. At sic describatur praxis qd operatio in hominis seu in operātis potestate consistens. extendendo operationem p̄noticia ergo dicitur practica seu operatiua vel actiua vifactiua. non quia aliquid immediate agat vel faciat. sed quia est ad operandum directiua. sicut medicinalis scientia sanitatem non agit. sed ad eam agendum dirigit. At sic de

scribatur noticia p̄p̄e practica. qd est noticia cōplexa secūdu se praxis id est operationis in nostra potestate existentis formaliter directiua. 7 omnis alia noticia dicitur speculatiua. Dico autem formaliter quia aliqua est noticia non p̄p̄ie practica que est talis operationis directiua virtualiter. quia noticia sic directiua cōtinet aliquo modo casualiter. sicut noticia medicinalis de complexionibus humorū 7 de gradibus et virtutibus medicinarum non est p̄p̄ie practica. quia talis non enūciat qualiter aliquid est agendum. ideo non est formalit̄ operationis directiua. licet virtualiter contineat noticiam practicam dirigentem ad sic vel sic corpus medicandum. Ex quibus patet qd omnis habitus est practicus. cuius p̄p̄ius actus elicitus est formaliter praxis directiua. 7 omnis alius est speculatiua. quia ex actib⁹ practicis nō generatur immediate habitus p̄p̄ie speculatiuus. nec econtra. sicut habitus speculatiuus nō est actuum practicozum immediate elicituus. nec econtra 7 per hoc apparet p̄positum de p̄dictis habitibus. de quibus ad metaphisicam et mozaem philosophiā pertinet cōsiderare specialius.

### Sexta pars de habitibus potentie volitiue.

De habitib⁹ vero potētē volitiue sciendū est qd scdm Aristotilem secundo et sexto ethicozū habitus humani seu virtutes diuidunt in virtutes intellectuales et mozaes quarū differentia hec est. quia virtutes intellectuales sunt in intellectu. mozaes vero i appetitu seu affectu. et p̄cipue in volūtate vt dictū est. sō possūt vocari affectiuales. vocant tñ mozaes a moza

quia ex more id est ex assuefactione vel consuetudine generatur. sicut. ii. ethicoꝝ dicitur. Autem autem potentia cognitiua seu intellectiva aliquo modo possit assuefieri et in ea possit per consuetudinem habitus acquiri. sicut vel le videtur Aristoteles. ii. methaphisice et commentator. iii. physicoꝝ. tamē ut plurimum habitus intellectuales non generantur per hunc modum sed per naturalem inclinationem intellectus ad verum. Quod per experientiam aut doctrinam. Potentia vero appetitiua ad acquiritur ut temperat diget magis habet consuetudinem seu assuefactionem. id est virtus eius et non virtus intellectus vocatur moralis. quia ex more generabilis. Partem vero virtutum moralium distinctio et sufficientia earum potest assignari hoc modo. quia omnibus virtutibus moralibus respicit aliquod bonum tanquam obiectum. persequendum. ut si qualis est tale se ostendit i factis et de eius oppositum tanquam fugiendum. Dicitur autem virtus moralis vocatur veritas. vel autem bonum circa quod vertantur motus res hominum aut est vile. aut honorabile aut delectabile. Si ergo honor virtuosae se habet circa vile vel circa vtilia commoda. et sic est iusticia et maxime commutativa. quia capiendo latere iusticiae vel se extendit ad iusticiae commutativam distributivam et per vtilia. sic non solum respicit vtilia sed et diuitias. sed etiam honores et delectationes et multas res alias. Vel circa vtilia propria vel diuitias proprias. et hoc contingit dupliciter vel simpliciter absolute. et sic est libertas. vel secundum quod et cum quadam excellentia vel arduitate. sed circa magnos sumptus. et sic est magnificentia. Si vero homo habet se virtuosae. circa honorabile. vel circa honores mediocres. et haec virtus est immoderata que tamen a quibusdam vocatur philothomia. vel circa honores arduos et dignitates magnas. et sic

est magnanimitas. Si autem circa delectabile hoc contingit dupliciter. vel privative scilicet opposita delectabilium id est tristitia et terribilia aggressiva et sic est fortitudo. vel positive scilicet delectabilia persequendo. et hoc est dupliciter. vel circa delectabilia ad vitam. aut simpliciter aut secundum quod necessaria. et sic est temperantia. vel circa delectabilia ad conversationem humanam decenter pertinentia. et hoc tripliciter. quia vel secundum actum potentie concupiscibilis. et sic est amicitia que alio nomine dicitur sobalitas. vel secundum actum potentie irascibilis et sic est mansuetudo vel secundum actum potentie rationalis. et hoc iterum tripliciter. quia vel hoc contingit i hoc virtuosae rationabiliter et delectabiliter se habet cum aliis hominibus colloquio. et sic est affabilitas vel in hoc se aliis non exhibet fallaciam. et de eutrapelia. ab eo quod est bonum et tropos quod est conversio quasi omnia convertes in bonum. Dicitur autem virtutes quodam modo quatuor reducuntur quas principales vocantur siue cardinales. quia sicut ostium in suis motibus in ordine voluitur sic humana vita in suis actionibus et passionibus his virtutibus regitur. Sunt autem haec quatuor virtutes. prudentia iusticia. fortitudo. et temperantia. Prudentia est circa consiliabilia. iusticia circa commutabilia fortitudo circa terribilia. temperantia vero circa delectabilia. Prima autem est in potentia intellectiva. secunda in voluntativa. tertia in irascibili. quarta in concupiscibili. et sic tam ex earum obiecto quam earum subiecto. patet qualiter per eas regitur totus homo. Licet autem prudentia quantum ad eius subiectum sit virtus intellectualis

tamen quantum ad eius obiectum aliquo modo conuenit cum virtutibus moralibus et secundum hoc potest vocari virtus moralis. nam ipsa est recta ratio agibilium que sunt propria materia virtutum moralium. Conuenit etiam cum virtutibus quantum ad sue generationis modum. nam secundum quod generatur ex doctrina conuenit cum intellectualibus. sed secundum quod generatur ex experientia conuenit cum moralibus.

quia experientia in quantum ad eam pluralitas actuum requiritur est ad satisfactionem similis quam sicut dictum est. acquiritur virtus moralis. De predictis vero habitibus et virtutibus moralibus ad ethicam pertinet considerare specialius. Hec ergo de anima et accidentibus eius dicta sufficiant. De quibus si que bona sunt deo gratias referri postulo. michi que dare veniam de erratis.

**T**ractatus breuis de anima et accidentibus eius. Per reuerendum dominum Petrum de aliparo compilatus. et parsius solertia caracteribus Johannis lamberti mozam tenentis sub imagine diue virginis marie vici sancti iacobi impensis Dyonisii coreipressus Anno domini millesimo quingentesimo tertio. mensis vero augusti die viceima secunda. Finis feliciter.

**C**laus deo. 1503.



43

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

